Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26352
Copyright: Admont, Benediktinerstift



magorum uocatione. oblatio pueri ihu
in templum. et benedictio iusti symeonis.
et beate anne consequenter ita subiungitur.
Introduxit me rex in cellaria sua. Per cella
ria non in merito templum dni ualet intelli
gi. nam in templo altare est et scuarium.
ibi hostia salutaris consecratur. et offertur. ibi
uasa dno consecrata reponuntur. ibi omnia diui
ne legis sacramenta celebrantur. et ideo ad hec
omnia perficienda. quasi legalia quedam in templo esse
uidentur cellaria. In hec cellaria templi eum
introducerent puerum ihm parentes eius. et dno
patri legalibus eum offerrent hostiis. quem magnus
et excelsus esset. qui paruulus et humilis appa
ruit. benedictio symeonis et anne decla
rauit. dum ille in ulnas eum suscipiens bene
diceret. eumque in ruinam et resurrectionem mul
torum in israel uenisse nuntiaret. anna uero ipsa
hora superueniens confiteretur dno. et loqueretur
de illo omnibus qui expectabant redemptionem
ierlm. Facta autem letabunda hac benedictione.
quanta tunc exultatio matri et patri cunctisque pa
rentibus eum offerentibus fuit. manifeste in eum